1.2

fidei quisquis fueris sub modio positum non lucere. Librum vero quendam quem lumen anime vocant precipio tibi sub virtute sancte obediencie qui et tibi ut compari ascribitur presencie mee offeras sine excusacione propria in persona. Ad hoc que deventum est ut tribus michi datis in auxilium Leone. Amando. Severino triplicis lingue peritissimis vita et moribus floridis sciencia fulgidis. providis et honestis Qui libros quosdam de naturarum ordine de greco in latinum nondum translatos diligenter celeriterque transferrent. quorum animatus solacio. predictum totum compilandi virtute librum sum et opusculum hoc aggressus. Triginta [illegible] itaque annis minus uno sine intermissione die et nocte huic complendo institeram operi . . —